Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

V

que est virtus tenet homo
facere penitentie susceptae si potest
sed accipiendo pro exteriori
actu virtutis non tenetur homo
penitere de peccato pro primam re-
missio quantum ad culpam et quantum
ad penam Similiter non loquendo
de penitentia in quantum dicit in-
teriorem actum virtutis ut in casu
sed quando adest probabilis coniec-
tura de remissione peccati aut
quando de peccato suo ex deliberatione
recogitat tunc enim illud detes-
tari tenetur Non enim fideliter
servat recuperatum fedus divine
amicitie cuius actu non displicet
quando de hoc deliberat quod inter ipsum
et deum fuit causa inimicitie
continue tamen tenetur habitualiter
penitere quia non potest homo
dimittere habitum penitentie nisi
ruendo in peccatum mortale De
habitu autem penitentie aut de in-
teriori actu in casibus supradictis
intelligi debet illud quod Hugo
li. de sacramentis p. 14 c. 2 ubi
dicit Nec habes sufficienter penitere
satisfacere potes minus facere
non potes melius est quod plus
facias quam minus Et idem Augu-
de penitentia Dolor in penitentia continue
custodiatur Similiter modo intelli-
gendi sunt similes auctoritates
Ad hoc nota quod quamvis homo
de communi lege non potest esse
certus de remissione peccati certi-

tudine scientie quia nemo scit
utrum odio vel amore dignus sit
Eccl. 9 Si vero facere ita actu
penitendi sicut antequam habeat
probabilem coniecturam de remis-
sione sui peccati Tunc autem est
probabilis coniectura quando homo
fecit quod in se est dolendo
confitendo satisfaciendo et ca-
vendi propositum habendo ut dicit Rich
Utrum possit homo post veram
primam penitentiam Richardus vera penitentia
dicitur dupliciter Uno modo vera dicitur
quia unum actum virtutis habet scilicet
penitere et ab hoc homo cadere
potest propter libertatem arbitrii
quia in ista vita semper est
vertibile et potest perdi et re-
cuperari Et huius exemplum
est in david Alio modo dicitur
vera penitentia que perducit in
finem virtutis et ab hac cadere
vel recedere non contingit quia
postquam homo est in vita eterna
numquam cadere potest habet Bonaventura
Tractat autem hanc questionem in de-
creto de pe. 2 et 3 Concordat
ysidorus Inanis est penitentia quam
sequens culpa coinquinat
Intelligit quod est inanis non
quia caret fine precio scilicet re-
missione peccatorum que sunt quod caret
vite ultio salutis vite eterne
Utrum penitentia possit reiterari
Richardus quod sic Et contrarium dicere est
error pessimus et crudelissimus